



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

337. Quæ sit causa legitima Coadiutoriarum cum futura successione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

CAPUT TERTIUM.

De Cauſa finali & motiua Coadjutoria, ſive quando, & ob
quas cauſas concedenda.

Quæſtio 335. An, & qualiter conſeſſio Coadjutoriarum requirat cauſam.

R Eſpondeo: Cauſam requiri juſtam ad hoc, ut licet concedatur Coadjutoria tam temporalis quàm perpetua, perſpicuum eſt ex principio illo generali, quòd actus omnis honeſtus requirat motiuium juſtum. Unde dum non niſi ob ambitionem & importunitatem impetran- tum concederentur, minimè licita & honeſta foret illa conſeſſio, qualiter à Papa concedi illas, præſumendum non eſt. Sed & ad valorem earum requiri cauſas à Tridentino approbatas, mani- feſtum eſt ex ejuſdem Concilii decreto ſeſſ. 25. c. 7. adeoque ſine illis à parte rei exiſtentibus à Papa fraudulentiſſis narratiuis circumuento ſubrepti- tione obtentas eſſe nullas & invalidas; quidquid ſit de eo, num conſeſſa à Papa ſciente cauſas obten- tas non ſufficere, ſunt validæ ob plenitudinem po- teſtatis, quam iſ habet in beneficialibus.

Quæſtio 336. Quæ ſit cauſa finalis legitime, & de jure concedendarum Coadjutoriarum temporalium?

R Eſpond. Non eſt alia quàm favor eccleſia- rum parochialium, vel earum, quarum Re- ctoribus incumbit cura, juridiſtictio vel adminiſtra- tio, uti & fidelium iſtis ſubditorum, nec non ip- ſius coadjuvandi, ne nimirum aſſiſto adderetur aſſiſtio, dum iſ ob ſenium inſtitutamve reddi- tus inſufficiens & inidoneus amoveretur, ſubro- gato illi Rectore alio. Remouch. c. 9. n. 2. prout hæc patent ex toto titulo de Cleric. agror.

Quæſtio 337. Quæ ſit cauſa finalis legiti- ma Coadjutoriarum cum futura ſucceſ- ſione?

R Eſpondeo primò: Cauſam principaliter moventem ad earum conſeſſionem ex- preſſis verbis indicari & conſtitui à Tridentino *loc. cit.* nempe urgentem neceſſitatem, aut evi- dentem utilitatem eccleſiarum. Paris. de reſign. l. 7. q. 20. n. 5. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 82. Remouch. c. 9. Pignatell. tom. 4. conſultat. 137. n. 1. Ventrigl. *loc. cit.* ubi etiam, quòd licet *loc. cit.* Tridentinum loquatur de Coadjutoribus dandis Prælatiſ, id ta- men etiam procedat in Coadjutore dando Re- ctori curato, prout reſtantur DD. communiter, qui in hiſ cauſis Coadjutoria indiſtinctè loquuntur de Epifcopo, & Rectore.

2. Reſpondeo ſecondò: quia tamen hæc Coadjutoria includit quoque gratiam futura ſucceſſionis, pars quoque cauſa finalis eſt favor ipſius Coadjutoris, non tamen alio modo quàm ſecundario in ordine ad aſſeſſionem finis prin- cipalis. Dum enim aliàs raro inveniuntur perſo- næ habiles, & qualitatibus requiſitis inſtructæ,

quæ vellent hoc onus coadjuvandi gratis ſuſcipe- re (maximè ubi nullum Coadjutori actu ſubeunti adminiſtrationis onera datur ſtipendium) & qui- dem cum juſto timore, ne poſt obitum Coadjuti impenſosque ſuos labores pro utilitate & neceſ- ſitate Eccleſiæ inidoneis ſeu minùs dignis autho- ritate eorum, quibus jus collationis vel alterius diſpoſitionis competeret, promovendis cedere cogereatur, Concilium ad faciùs obvian- dum neceſſitati Eccleſiæ cenſerit non denegandam gra- tiam futura ſucceſſionis per modum acceſſionis in compenſam laborum; dum multa concedi ſo- lent per modum acceſſionis reſpectu principalis, quæ ſeorſum denegarentur. Ad hæc nil æquius ſit, quàm ut ille, ut ſupra dictum eſt Lotter. qui ex diſpoſitione, maximè pontificia, inventus eſt ap- prius, onùsque Prælati ſupplevit, etiam poſt il- lius obitum cæteris præferat, etiam æquè aut magis idoneis. Remouch. c. 9. n. 5 & ſeq. Quin & dari hæc Coadjutorias (intellige ſecundariò) propter bene merita antecedentia Coadjutoris, ſatis indicat Fago, in c. nulla. de conſeſſ. præb. n. 61. & 62. ubi: Coadjutoria, quæ de jure datur (hoc eſt temporalis) non datur propter bene merita aut in fa- vorem perſona, cui conceditur, ſed ob Eccleſiæ neceſſita- tem; hodierna autem Coadjutoria (id eſt, quæ eſt cum ſucceſſione) datur ex gratia & in favorem Coadjuto- ris & Coadjuti. Dum verò ſubdit, Coadjutorias hæc perpetuas duas continere gratias æquè prin- cipales, unam in favorem Coadjutoris, alteram in favorem Coadjuti (utpote qui, eſt inidoneus, ſua tamen relinquunt prælatura) non loquitur com- paratè ad eccleſiam, reſpectu cujus favor iſte Co- adjutoris & Coadjuti habet ſe, ut quid minùs principaliter intentum. Tradit nihilominus Tuſch. lit. c. conſuſ. 403. n. 5. & 6. dari etiam cum futura ſucceſſione principaliter hiſce expreſſis: Datur Coadjutoria cum futura ſucceſſione, & eſt ratio; quia futura ſucceſſio ſola directa non debet dari, ſed bene datur acceſſoriè & in conſequentiam; imò etiam datur cum futura ſucceſſione principaliter. Citat pro hoc Put. de iſ. 226. in fine. l. 3. Porro hic notandum cum eodem Tuſch. d. n. 7. quòd ſi ſucceſſio futura venit acceſſoriè (uti verba cum futura ſucceſſione important diſpoſitionem acceſſoriam) ea locum non habeat, niſi Coadjutoria habuerit ſuum effe- ctum; cum acceſſorium eſſe nequeat ſine prin- cipali. c. Acceſſorium. de Regul. Juris.

Quæſtio 338. In quo conſiſtat neceſſitas illa & utilitas Eccleſiæ, principaliter movens ad concedendas præcipuè Coadjutorias per- petuas?

R Eſpond. Reſpectu Coadjutoriarum tempo- raliu de jure concedi ſolitarum attenditur unicè neceſſitas & utilitas procedens ex impedi- mento, ſenio aut infirmitate Coadjuti. Remouch. *loc. cit.* c. 9. num. 10. Et reducuntur cauſæ omnes ad